



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. II. De Administrandis Bonis temporalibus Collegiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

quenti obligaret ad Lectiones illius ordinarias ; quamvis inter illas aliquæ Theologicæ essent. f

f P. 4. c. 7. E. 88
C. 1. D. 75.

C A P U T II .

*De Administrandis Bonis temporalibus
Collegiorum.*

S E C T I O I .

Ad quos hæc Administratio pertineat.

1. **S**upremam curam , vel superintendiam Collegiorum , juxta Sedis fessa superin- Apostolicæ literas , Professa Societas ha- bebit. Cùm enim quidquam ex redditibus in suum usum convertere non possit ; est valde probabile ; quod majori cum puritate , ac spiritu constantiùs procedet. Hanc autem curam exercebit per Præpositum Generalem ; qui pariter , cùm nec in suam , nec in ullorum consanguineorum suorum , nec in Professæ Societatis usum bona Col- legiorum possit convertere , eò purius se in eorum superintendentia gerere poterit. a

P. 4. c. 2. §. 5.
& 6. c. 10. §. 1.
& Part. 10. §.
4. & Paul. III.
P. 14. & Jul.
III. p. 66.

2. Est igitur penes Præpositum Generalem omnis facultas agendi quovis contra-ctus emptionum , aut venditionum quo- superintenden- rum- tia.

rumlibet bonorum temporalium mobilium Societatis, & imponendi, ac redimendi quoilibet census super bonis stabilibus ipsorum Collegiorum, in eorumdem utilitatem. Alienare autem, aut dissolvere Collegia, sine Generali Congregatione, non potest: de quo dictum est supra Cap. 1. Sect.

b P. 9. c. 3. §. 5.
& §. 17. 18.
& C. 1. D. 100.
& Pius V. p.
107.

c Greg. XIII.
p. 171. & 202.

3. §. 4. & 5. *b* Quin habet etiam facultatem alienandi, in evidentem tamen utilitatem, bona ipsa stabilia Collegiorum, & mobilia pretiosa, minimè requisita facultate Ordinarii, aut Sedis Apostolice. *c* Quamquam facultates ad alienandum, & census imponendos magna ex parte revocatæ sunt Decretis editis auctoritate Urb. VIII. die 17. Septemb. 1624. & 22. Mart. 1626. Videnda etiam Bulla ejusdem Urbani circa Bona jurisdictionalia, quæ est 54. Tom. 5. Bullarii.

Quæ communica-
ntur Rectori-
bus.

d P. 4. c. 2. §.
5. & c. 10. §.
3. & P. 9. c. 3.
§. 34. & C. 8.
D. 60. §. 4. &
Instr. temp.
Prov. §. 16.
&c. & Rect.
§. 1. & 7.

3. Cùm autem Generalis per se non valeat tam multis providere; administracionem Collegiorum in iis, quæ ad temporalia ipsorum bona pertinent, per Rectores à se constitutos exercebit: eamque facultatem eis communicabit, quam senserit in Domino convenire. Curabit autem, ut illi rationem sui officii reddant, vel Provinciali, vel alteri à se præscripto, ut infra Sect. 4. explicabitur. *d*

SECTIO

S E C T I O I I .

De Conservatione Bonorum temporali um.

I. **P**lura hoc in genere Superioribus reliquisque Officialibus præscribuntur; quorum in cuiusque Regulis, & Instructionibus distincta sunt Capita. **a** Universim monentur; ut præter curam illam, quam omnibus caritas & ratio imponit, quibus peculiariter hoc munus demandatur, tanquam **Bona D. N. IESU CHRISTI** temp. propria, ea carent: **f** sunt enim Patrimonia pauperum; & à quibus res etiam spirituales, & bonus Societatis status magno- perè pendet. **g**

*Custodienda ut
Bona Christi,
& Pauperum.*

*e R. Prov. c.
9. & R. Rect.
c. 6. & R. Proc.*

Col. & Instr.

*pro rebus
temp.*

f P. 3. c. 2. § 7.

g C. 8. D. 15.

2. Constituentur igitur Rectores, qui ad id munus conveniens habeant talentum; & curam suscipiant conservandi, atque administrandi res Collegiorum temporales; ac provideant necessitatibus, tam materialis ædificii, quam Scholarium; qui in ipsis Collegiis degunt. **b** Atque hujusmodi talento polleant non Rectores tantum; sed & Procuratores, qui his muneribus præficiuntur, sint Oeconomiae periti: serveturque in illis instruendis eligendisque, quod

*Et ea cura se-
lectis Viris de-
mandanda.*

b P. 4. c. 1. § 5.

& C.

G Instr.

Instr. temp. Prov. præscribit, §. 11. 12.

13. Non expedit autem in Collegiis habere nomina juridica Protectorum: licet utile futurum sit esse Amicos, qui protectionem suscipiant.

i C. 1. D. 112.

Quid fieri potest circa Praedia.

l R. Prov. 76. & 80. & In-

temp. pro.

Prov. §. 14. pro Rect. §. 2.

pro. Proc. §. 21.

m Instr. temp.

pro Proc. §.

2. 3.

n C. 2. D. 61. &

C. 7. D. 84. &

R. Proc. 12.

o C. 7. D. 85.

Lites declinan-

dae.

p P. 4. C. 2. C.

3. Jam verò prædia extra domum non modò à Procuratore invisenda sunt sæpius; nec semel tantum in triennii decursu à

Rectore, sed & à Provinciali. *l* In iis-

que ponendi optimi coloni: cultura pro-
movenda, juxta regionis morem: obviam
eundum damnis alluvionum, & servitutis;

quæ simul cavenda in ædificiis urbanis. *m*

At quæ speciem habent secularis negotia-

tionis, in colendis videlicet agris, vende-

dis in foro fructibus & similibus, prohibi-

ta sunt. *n* Comendatur præterea P. N.

ut ampla quædam Societatis prædia, exi-

guo proventu, & non sine externorum of-

fensione possessa, in res magis utiles com-

mutari curet. *o*

4. Comendatur etiam universis, ut
licet aliquando necessaria, aut conveniens
futura sit defensio possessionum, & redi-
tuum, etiam in judicio; *p* tamen lites fo-
renses pro rebus temporalibus fugiant No-
stri omnes; & id curent Provinciales effi-
cere. Ac primùm concordia, aut compro-
missione rem admittantur componere. Quod

si

si nulla ratione id possint assequi ; tamen non intendat quisquam è Nostris litem ullam absque consensu Præpositi Generalis , aut ejus , cui expressè suas vices ad hanc rem ille commiserit ; nisi in re adeò necessariā , ut ejus responsum expectari nequeat : de quo tamen postea ipsum admonēat . Si autem Nostris lis intendatur , curent Provinciales primūm , vel à Parte , vel à Judice peti , vel id consequi per Principem , ut prius possit consuli Generalis Præpositus , quām liti respondere cogantur . Nam fieri poterit , ut Generalis Præpositus jubeat cedere Nostros liti , & potius detrimentum temporale pati , quām litibus dare operam , etiam prō re alioqui debita . Quod si frustra fuerit ; curabunt diligenter , nisi de jure nostro manifestè constaret , ut aliqua trans- q C. 2. D. 55.
actione , vel concordia restota compona- & Reg. Prov.
tur . Id si commodè fieri non valet ; pote- 77. &c Reg.
runt in judicio se defendere ; cùm Provin- Rect. 62. &
ciales habeant hanc potestatem ad Colle Proc. Coll. 16.
gia defendenda , cùm facultate alios in id & Procur.
substituēndi , si expedierit . q Gen. 5.

5. Qui tamen hanc curam suscepit , *Necessaria reli-*
memor sit , ut magnam pacem interiùs , giosè agitande.
exteriùsque custodiat ; & sémper ad justam
concordiam ipsum paratum esse contrariæ
parti innotescat . Immo nec ipse Procura-

*r Reg. Proc.
Gen. 5. &
Proc. Coll. 15.
16.*

tor Collegii in Tribunalibus compareat, nisi quando aliqua necessitas plurimū urgere Superiori videretur; sed per extēnos Procuratores nostra negotia in publicis judiciis peragantur. *r*

S E C T I O III.

De Archivio & Contractibus.

Archivium.

s R. Proc. 19. 1. **P**RÆTEREA diligenter cura custodietur Archivium, ubi conservanda Instrumenta originalia, & Tituli, quibus constant jura Collegii; ejusque duæ claves diversæ erunt; quarum alteram Rector, alteram ipse habebit Procurator; *s* qui adnotabit in libro ibidem adservando, si *t R. Proc. 22.* quæ Scripturæ extrahantur. *t*

Contractus quo- 2. In celebrandis contractibus ne ni-
modo celebrandi mium Rector suæ prudentiæ fidat, & in
à Superiore. perpetuis Consultores priùs audiat. Quin
in rebus majoris momenti ratificationem

u In temp. pro Rect. §. 8.

Præposito Generali reservet. *u* Quæ qui-
dem reservatio eam vim habet; ut si conti-
gerit contractus alienationum fieri Gene-
ralis confirmationi reservatos, antequam
ipse informetur; dominium nihilominus,
& possessio bonorum, super quibus con-
tractus hujusmodi initi fuerint, penes So-
cie-

cietatem remaneat, donec Generalis in Europa, in Indiis verò is, cui Generalis commiserit, consensum præstiterint. *¶* *x* Greg. XIII.
Procurator verò nihil circa locationes, & p. 172.
similia alicujus momenti negotia faciat;
nisi ipsi à Superiore commissum sit. *y* Ad-
vertendum autem juxta privilegia Societa-
tis, per Superiores tantum, absque alio
suffragio decisivo Collegialium, contra-
ctuum celebrationes fieri; *z* ut docet
praxis tradita à P. Claudio: ubi etiam ha-
betur modus informandi Generalem circa
alienationes faciendas. *¶* Exempla verò
authentica contractuum majoris momenti
ad Generalem mittenda sunt. *b*

3. Sed scripturas multiplicis generis po-
tissimum Procurator apud se habebit: &
propterea cubiculum ipsius clavi obser-
etur. *c* Habeat igitur *1.* Distincta exempla-
ria Instrumentorum & Titulorum, quæ
conservantur in Archivio. *d* *2.* Librum,
in quo distinctè descripta omnia bona sta-
bilia, seu quasi stabilia, ut census, canones,
loca montium, uno verbo jura omnia ad
annuos reditus. *e* *3.* Librum, in quo no-
tata sint tempora colligendorum proven-
tuum, summa contractuum ad breve tem-
pus, & fructus in dies percepti. *4.* Distin-
ctum Libellum eleemosynarum percep-
tum.

*Scriptura &
Libri apud Pro-
curatorem.*

c R. Proc. 22.

*d R. Proc. 20.
& In. temp.
Proc. §. 1.*

*e R. Proc. 21.
& Instr. temp.
Proc. §. 1.*

f R. Proc. 3.
 g Ex. c. 4. §. 4.
 & P. 1. c. 4. §.
 6. & R. M. N.
 25. & R.
 Proc. 7.
 h R. Proc. 5.
 i R. Proc. 6 &
 In. temp. Proc.
 §. 5.
 l Instr. temp.
 Proc. §. 5.
 m R. Proc. 14.
 n R. Proc. 23.
 o R. Proc. 24.

rum. f 5. Librum pro adnotandis ; quæ
 unusquisque Novitiorum attulerit. g 6.
 Librum in arca pecuniaria servandum , in
 quo illatæ , & acceptæ pecuniæ summa
 scribatur. h 7. Librum rationum accepti
 & expensi per menses singulos , i 8. Co-
 dicem , ubi nomina debitorum Collegii
 descripta sint. l 9. Codicem , quo referan-
 tur motæ lites , & quæ circa eas contin-
 gunt. m 10. Libellum , in quem referat
 quæcumque à Superiore ei mandata injun-
 guntur. n Denum Catalogum Benefacto-
 rum ; ut erga eos grati esse possimus . o

*S E C T I O IV.**De accipienda reddendaque ratione
administrationis.*

*Provincialis in
visitatione quid
inquiret.*

p C. 7. D. 32. §.
 8. & C. 8. D.
 15. & R. Prov.
 79. & 81. &c.
 Instr. temp.
 pro Prov. ini-
 tio, & §. 15.

Libros verò Rationum seriò exami-
 net Provincialis ; & si quidem Re-
 ctor , & Procurator beæ rem gesserint ,
 sua laude non careant ; si secus , impunè
 minimè ferant , vel publicâ pœnitentiâ in-
 flictâ , vel etiam Generali admonito , ut ab
 officio eos suspendat , vel amoveat. p Idem
 Provincialis statum Collegii diligenter ex-
 aminet , & brevem ejus tam habitualis ,
 quam actualis relationem ad Generalem
 mittet ,

mittet, juxta Paradigma descriptum in sæ-
pius citata Instructione. q Habitationem, q Instr. temp.
& omnem supelle&tilem, omnia denique
diligenter inspiciat; & rerum mobilium
Inventarium conferri faciat cum Inventa-
rio in præcedenti visitatione à Visitato-
re, vel Provinciali scripto. r Et singulis
annis à Procuratore Provinciæ rationem
exigat. s

2. Porrò Rector singulis mensibus à
Procuratore rationem accepti, & expensi, rationem exi-
præsente Ministro, exigat; & ab eodem si-
bi debita & credita Collegii indicari cu-
ret. Et cum in hoc penè sint omnia, exa-
minet an plus consumptum sit, quam usus
ferat. Omnes pecuniarum summas, etiamsi
conflatæ pretio rerum venditarum ab ali-
quo Officiali, curet tradi Procuratori, &
in codicem referri; nec patiatur ab Offi-
cialibus quidquam vendi, inconsulto Mi-
nistro, aut ipso Procuratore. "

3. Procurator autem Emptori pecunias ad quotidianos sumptus subministrabit; à quo singulis diebus expensarum rationem, à reliquis Officialibus tertio quoque men-
se exiget ex codice. x Syngraphas solutio-
num ipse dabit, subscriptas à Rectore, aut
à se, illius commissione. y

4. Præterea Superiores locales, & Pro-
G 4 cu- reddant.

mittet, juxta Paradigma descriptum in sæ-
pius citata Instructione. q Habitationem, q Instr. temp.
& omnem supelle&tilem, omnia denique
diligenter inspiciat; & rerum mobilium
Inventarium conferri faciat cum Inventa-
rio in præcedenti visitatione à Visitato-
re, vel Provinciali scripto. r Et singulis
annis à Procuratore Provinciæ rationem
exigat. s

r R. Prov. § 5.
& Instr. temp.
Prov. §. ult.
s Instr. temp.
Prov. §. 6.

Rector sapius
rationem exi-
gat.
t R. Rect. § 7.
& Instr. temp.
Rect. §. 9. &
Proc. §. 5. &c
R. Proc. 4.

" Instr. temp.
Rect. §. 7.

Et Procurator.
x R. Proc. 8. &
R. Empt. 2. &c
Instr. temp.
Proc. §. 3.
y R. Proc. 2.
Iidem cum de-
funguntur offi-
cio rationem

curatores, quando suo singuli defunguntur officio, coram Successore, & Ministro Domus, aut Collegii, rationem domesticae oeconomiae reddant; & suo chirographo signent, quantum acceperint, quantum Superiori rem tradant: eandemque rationem

z C. 8. D. 60.

§. 4. &c Instr.

temp. Rect.

§. 9.

¶ Instr. temp.

Rect. §. 1.

*Provincialis
etiam expensa-
rum ratio con-
ficit.*

b C. 5. D. 64.

§. 1. & Or. c. 9.

c Instr. temp.

Prov. §. 6.

Successor sua manu confirmet. *z At non* antequam intelligat, an tantundem sit creditorum, ac debitorum quantum affirmatur. Horum verò computorum exemplum transmittat ad Provincialem, conservandum in Archivio.

6. Ipsemet Provincialis redditurus sui officii rationem, *b* ut possit eam reddere de pecuniis sibi undecunque traditis, curet per socium in codice accepti, atque expensi rationes accuratè scribi. *c*

S E C T I O V.

De Mediis ad avertendum Collegiorum inopiam.

*Non supervaca-
neos admittere
in Societatem.*

*d Instr. temp.
Prov. initio.*

1. **I**llud sibi persuadeat Provincialis nulla re universim citius, ac certius everti bonum Collegiorum statum, quām si majores proventibus expensæ fiant, vel sumptus minimè necessarii permittantur. *d* Numerus ergò in primis in posterum admit-

mittendorum determinetur à P. Generali , considerato cujusque Provinciæ statu temporali. Immo nulli in aliquibus Provinciis ad tempus admittantur , si id sua Parternitas expediens fore judicabit. e Ac ne e C. 7. D. 82. Provincialis , necessitate deputandi quot- §. 2. & C. 8. D. annis Magistros inferiores , cogatur plures 60. §. 1. & In. admittere : studeat aliquot semper sub si- temp. Prov. §. x. nem studiorum , & post peractum tertium Probationis annum , hisce scholis addicere , juxta suam Regulam R. St. 24. & 25. Cùm præsertim Con. 8. D. 8. declaraverit ; hoc munus esse Societatis proprium , nec certo temporis spatio , nec certis personis circumscripsum. f Quos verò Provincia- f Instr. temp. lis deprehenderit in sua Provincia supra Prov. §. 2. numerum eorum , qui ex redditibus , & ordinariis eleemosynis ali possuat , distribuet per Collegia & Domos , pro cuiusque loci g C. 8. D. 60. facultate. g

2. Idem servandum est in Collegiis , ne Neque plures , plures in singulis aliantur , quàm per facul- presertim Co- tates ali possunt ; immo pauciores. h Co- adjutores , in adiutores quartam partem in Collegiis , in Domibus verò Professis tertiam partem non excedant ; i & potius adhibeantur famuli , quàm præscriptus ille numerus excedatur. Interim verò , dum ad haec Regula

presertim Co-
adjutores , in
Collegia , quàm
ferri possint.

h C. 2. D. 27.
R. Prov 82. &
C. 7. D. 82. §.
1. & In. temp.
Prov. §. 3.

i C. 7. D. 82. §. 3. & C. 8. D. 60. §. 2.

¶ C. 8. D. 60. gulani veniatur , nulli Coadjutores admittantur. *¶*

Peregrinatio nec frequens , nec sumptuosa.

in C. 7. D. 82. *¶* §. 7. & Instr. temp. Prov. §. 7.

n C. 3. D. 37. & R. Prov. §. 8.

¶ C. 2. D. 82. & R. Prov. §. 116.

p Instr. temp. Prov. §. 9.

sumptus communes Provinciae coercendi.

¶ P. 4. c 2. E. & R. Prov. §. 83. & C. 2. D. 83.

r C. 7. D. 82. §. 7. & Instr. temp. Prov. §. 6.

3. Ne personarum , sine necessitate , mutationes fiant ; superflua Domi ne habentur ; non equi , non famuli plures. *m*

Provincialis parcus sit in Peregrinationibus concedendis , præsertim non sine rheda , vel equo obeundis : curabitque , ut Nostris , dum ex uno in aliud Collegium commi-

grant , pedestri itinere , vel in toto , vel in parte utantur. *n* Expensas verò itinerum solvere erit ejus Provinciae , aut Collegii , aut Domus , in cuius bonum , & utilitatem cedit profectio. *o* Taxam Viatici dari

solitam demigrantibus Provincialis recognoscet , eamque ab omnibus , & præsertim à Concionatoribus , observari curet. Si quid ex eo superat , voto Paupertatis tenemur Collegio , quò venimus , restituere. *p*

4. Idem statuat , quid cuique Collegio , vel Domui contribuendum erit ad sumptus communes Provinciae. *q* Ceterū contributionibus imponendis Collegia ne gravet ; nisi magna quædam , & insuperabilis necessitas juvandorum Seminariorum ad id cogeret ; quin magis ex iis , quæ in potestate sua habet , eorum indigentiam suble-

vet. *r*

s. Et

5. Et quidem ad sustentanda Seminaria *Seminaria po-*
 tentanda sunt omnia. Juventur autem, *tissimam ju-*
 quantum fieri potest, vel iis applicando
 Nostrorum legitimas, & alia Provincialis
 dispositioni permissa, vel contributione
 aliorum Collegiorum, vel alia ratione juxta
 Dec. 18. Con. 6. Nominatim verò exo-
 nerentur, submovendo Personas, ad pro-
 pria eorum ministeria absolute non ne-
 cessarias. *s. C. 8. D. 60.*
§. 3.

6. In iis quæ ad victum, vestitum, & *victus, vestitus,*
 habitationem, & alia corpori necessaria *&c. quales.*
 pertinent, quamvis sit, in quo probetur
 virtus, non desit tamen, quo sustentetur
 natura: ratio tamen omnium erit, ut pau-
 peribus accommodata. *t* Speciatim verò *t* Ex c. 4. §.
 in vestitu Provincialis tria observari faciat. *26. & P. 3. c.*
 Primum, ut honestus ille sit. Alterum, ut
 ad usum communem & approbatum hone-
 storum Sacerdotum ejus loci, in quo vivi-
 tur, accommodatus. Tertium, ut profes-
 sioni Paupertatis non repugnet. *"*

7. Quod autem, laudabili consuetudi-
 ne, in Nostrorum victu, ac vestitu, cete-
 risque omnibus ad valetudinis conservatio-
 nem, & cultum pertinentibus, inductum
 est, non immutandum. Caveatque Rector
 diligenter, ne dum liberalis auram captat,
 frugi famam amittat: atque in excipiendis
 hof-

Nihil in illis in-
novandum.

hosptibus, in tractatione externorum, in recreationibus extraordinariis consuetudines Provinciæ, de quibus Ordin. Gen.c.8,

§.7., exactè observari procuret. *x* Nullum autem novum ædificium inchoet sine expressa Provincialis licentia, & urgenti

necessitate. *y* Procurator etiam suarum esse

partium intelligat curare, ut in sumptibus faciendis religiosa paupertas, ac bona con-

suetudines serventur; *z* & animadvertisens aliqua non, ut oportet, conservari, aut

expendi, Superiorem admoneat. *a*

8. Provincialis, cui potissimum hæc cura incumbit, debet in prima Congregatione Provinciali, adhibitis in consilium Patribus antiquioribus, ac bono zelo præditis, dispicere: an decursu temporum aliquid contra consuetudines Provinciæ, & Ordinationes irrepserit, quod religiosam frugalitatem minus deceat: ut id totum

auctoritate, si opus sit, P. Nostri, ad antiquam simplicitatem revocetur. *b* Quæ vero eleemosynæ erogari debeant, ipse Superioribus præscribet. *c*

9. Procurator etiam res necessarias ad viatum opportunè comparat; ne has non perinde bonas; aut non æquo pretio cogatur comparare. *d* At si quid ex annuis Collegii redditibus, aut pecuniis, quocumque

no-

x Instr. temp.
Rect. §. 4.

y Or. c. 2. §. 9.
& Instr. temp.
Rect. §. 3.

z Instr. temp.
Proc. 4.

a R. Proc. 10.

Quæ Provin-
cialis in hoc ge-
nore partes.

b Instr. temp.
Prov. §. 7.

c R. Prov. 95.

Expenses sint
utiles.

d R. Proc. 9. &
Instr. temp.
Pro. §. 3.

nomine perceptis, supersit : id totum in ære alieno dissolvendo, vel augendis redi- *e Instr. temp.*
tibus, non autem in ædificiis, ac ornatu *Rect. §. 6.*
minimè necessariis insumatur. *e*

10. Cavendum Rectori præscribitur, *Æs alienum
summoperè vi-*
ne gravet Collegium ære alieno. *f Nec tandem.*
Provincialis sinet in magna summa illud *f R. Rect. 57.*
conflari. *g Ut autem in minori contraha-* *g R. Prov. 82.*
tur, Superioribus non facilè annuet. h At h Instr. temp.
jam contracti causas in Visitationibus dili- *Prov. §. 10.*
genter inquirat : nec patiatur Superiores,
quorum negligentiâ debita creverunt, sine
pœnitentiis abire : moneatque Generalem
de talibus, si rei gravitas id postulaverit, à
munere amovendis. *i Idque ipsum P. N. i C. 7. D. 82.*
summoperè commendatum, injunctum- §. 8.
que, ut in Provinciales animadvertat, si
illorum culpâ aliquid ejusmodi acciderit.

l Huc referri potest prohibitio non ad- l C. 8. D. 15.
mittendi ullum pecuniæ depositum, alia-
rum verò rerum non nisi cautissimè. *m m R. Rect. 64.*
Quod tamen pecuniarum depositum, si
fortè aliquo raro casu, necessariis de causis
Rector admittat; servet intactum, nec
illo utatur, ex Inst. Temp. pro Rect. §. 5.
ubi tamen ex Decret. 41, Con. 9. expun-
gendum est, quod de mutuo dicitur.

C A-